

9978 22
DE
**IVRE REGIO SALINARVM,
EARVMQVE INFEDATIONE**

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R A E S I D E
D. FERDINANDO GOTTHELF FLECK

ADVOCATO IMMATICVLATO

D I S P V T A B I T

A V C T O R

FRIDERICVS GOTTLLOB SIEGFRIED ROEDENBECK

DOBRILYGO LVSATVS.

LIPSIAE D. III. AVGVSTI CI CI CCXCI.

EX OFFICINA SOLBRIGIA.

IARAE REGIO SANATORIUM
PARVUMQVE INTRODUCTIONE

LIBERATRIS IARAE REGIO SANATORIUM
STATUTA
TRADITAE
DE AEGIDIANO GÖTTHEIL DUCOR
STATUTA LIBERATRIS IARAE REGIO SANATORIUM
DUCOR

PERPETRICA GÖTTHEIL SIEGEND FÖRDERNDE
STATUTA LIBERATRIS IARAE REGIO SANATORIUM

STATUTA LIBERATRIS IARAE REGIO SANATORIUM

EX QUINTA LIBERATRIS IARAE REGIO SANATORIUM

V I R O
PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO
CHRISTOPHORO GOTTLLOB DE BVRGSDORF
SENATVS ECCLESIASTICI SVPREMI
DRESSENSIS
PRAESIDI GRAVISSIMO
NEC NON
ILLVSTRI, AMPLISSIONQVE
FRIDERICO WILHELMO HEVN
SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
A CONSILIIS PROVENTVVM METALLICORVM
ET SALINARVN CONDIRECTORI
DYNASTAE IN TEVDIZ

A I I V

PERILLIENSIS ET GENITRISSIMO

CHRISTIANO GOTTOLO DE BARGSDORF
FAVTORIBVS ATQVE PATRONIS INDVLGENTISSIMIS

HANC EXERCITATIONEM ACADEMICAM

MAXIMA REVERENTIA

ET SINCERA DEVOTI ANIMI PIETATE

D. D. D.

KRIDERICO WILHELI MO HESAN

FRIDERICVS GOTTOLO SIEGFRIED ROEDENBECK.

~~De rebus ad infideandis idoneis, quae seniorem dominii~~
~~directi contemplati securum reddunt, res corpora-~~
~~les, modo quod res mobiles attinet, intellectu iuris pro~~
~~immobilibus habeantur, vel cautio de re mobili eiusdem~~
~~generis, dissoluto nexu clientelari, restituenda praefetur;~~
~~pariter atque incorporales, veluti iura ac regalia annume-~~
~~rari, neminem facile puto, qui dubitet aut ignoret. Et~~
~~enim principi, delato imperio ciuili, singula competunt~~
~~iura, quorum ratio ex eo petissimum petenda, quod iure~~
~~regiminis possit restringere libertatem subditorum natura-~~
~~lem; neque mirandum, quid causae sit, cur in altera pro-~~
~~vincia aliquid ad ius summum principis referatur, quod in~~
~~altera singulis ciuibus patet. At enim quo si de iuribus~~
~~regius a principe iamiam partis, isdemque in singulos sub-~~
~~ditos transferendis quaerimus, probe secernenda sunt iura,~~
~~essentialia appellata, quibus princeps ex iuris publici uni-~~
~~uersalis praeceptis necessario indiget, ad maiestatem con-~~
~~feruandam, quorsum retuleris ius belli et pacis, legum~~
~~ferendarum, magistratum constitendorum, vestigium~~
~~indicendorum, et alia, quae quidem durante imperio cum~~
~~ipsis subditis communicari, adeoque in feudum non nisi~~
~~subordinate per certum districtum concedi possunt, ab~~
~~iis, quae nomine accidentalium veniunt, neque naturam~~
~~imperii~~

PRO O E M I V M .

imperii summi constituant. Plurima eiusmodi iura ex domino in adespota, priuatis denegato, soliq[ue] principi attributo, proficisci censemur; haec in feudum dari posse extra omnem dubitationis aleam positum est, eaque facultate imperii Germanici proceres pollent, quatenus olim Caesaribus erat data. Cae[re] vero existimes omnia et quaecunque adespota principibus vindicari posse: quodsi enim verum fateri licet, ea duntaxat iura rectori ciuilis societas adscribenda sunt, sine quibus illam sartam tectam conservare nequit; namque necessitate haud cogente, nemo conditis ciuitatibus repudium misisse videtur facultatibus, qnibus in statu naturali gauisus est, vtpote, quarum defensionem et propugnationem principes in se suscepserunt. Si quod igitur ius regiorum numero ponendum esse contenditur, aut maiestati seruandae inferire, aut subditorum consensu in principem translatum esse probetur necesse est; minime vero natura ciuitatis arguit, interdictas subditis solisque imperantibus referuatas esse salinas; neque villa apparet necessitas, iuris salinarii potestatem principi faciendi, cum saluo subditorum iure sibi habendi salis commercium finem reipublicae obtainere liceat. Itaque minime nobis arridet sententia GROTI, dum ait: *Germaniae populi thesauros, ut et alia adespota addixerunt principi: atque id nunc ius commune est, et quasi gentium. Nam et in Germania id obseruatur.*^{a)}

a) GROTIUS de I. B. et P. L. II, 8. §. 7.

De iure regio salinarum.

Quamquam pro comperto habemus, falinas, maxime sal, quod ex terra effoditur, et fossile dicitur, sub metallorum, quippe quibus omnia continentur, quae ex venis in terrae penetralibus abstrusis, laboriosa perserutatione extrahuntur, notione comprehendit; alia tamen plane ac longe diuersa ratio militat in metallis nobilioribus, quam in mineralibus, ut dicuntur, vilioribus. Ipsum quidem aurum et argentum penitus abditum, si ad jus naturae respicias, inuitio possessorum ne quidem principi addicendum, verumtamen, cum sine illis fodinis princeps maiestatem vix ac ne vix quidem tenere possit, et vtique e re subditorum sit, eos habere principem, qui res et fortunas eorum ab infidiis atque inimicis exterorum defendat, quod autem incassum sine auro et argento suscipitur, nobiliora haec metalla, sibi sepo fuerunt principes. Non defunt, qui metallorum ius ex placitis iuris Romani deriuandum esse censeant b), sed rectius projecto eius natales hancquam inde petendos esse pronunciaueris c). Etenim cum iure Romano venae metallicae in fundis priuatorum repertae ceu fundi partes, non minus ac reliquae res, quae in fundis nascuntur, ad fundi dominium pertinerent d), nostris iugis ibidem sibod houp mogistri bi be astiog 3) est moribus Alius dicit, quod in qua etiam allatum sit modis elegit et ossa,

b) SCHILTER prax. iur. Rom. exerc. XLV. 27.

c) HERTZIUS de regali mineral. mediorum et insim, iur. Helmst. 1705.
§. 34. EISENHAERT de regal. metalli fod. iur. C. II. §. 32. HOAN
de metalli fod. iure Witensb. 1763.

d) I. 9. §. 2. παρεις φύσει. L. 7. §. 141 παρεις ματι. I. 4. §. 7. π. de cens qui-
bus suffragatur STRABO rerum Geogr. L. III. p. 148. Εἰς δὲ μητέραν τοῦ
τα ἀγρυπνία, εἰ μὲν δημοσίᾳ, εἴτε δὲ εἰρηνήᾳ. οὐτε δὲ τοῖς κλέοσις τοπισι,
άλλοις ιδιωτικάς μετίσχουν ἀπόστοις.

moribus metalla iure majestico summo principi vindicantur, nullique sine legitima concessione et infeudatione jus metallicum exercere integrum est. Verum enim vero bona venia contenterim, in ea re, nisi a vilioribus ^{e)} certe tamen a fontibus salariis discedendum esse, qui ab antiquissimis temporibus in regno Germanico fere semper fundo adhaeserunt, eique soli proprii fuerunt, in cuius fundo reperti erant. Sed quam iamiam aeturi fumus causam a viris iure madentibus, inque vario togae vsu limatis haud leuiter vellicari nouimus, qui ex nobilioribus metallis, auro et argento, ad salem fontanam coniciunt; afferentes, in cuiuscunque generis fodinis, adeoque etiam salinas eandem pro principe militare utilitatem, praeterea non solum metalla eruenda falemque conficiendum tantis sumtibus indigere; quantis priuatorum opes haud sufficient, verum etiam salinas opificum, quibus necessario adesse debet magistratus, copia indigere, deinceps subditos parum damni propter incertam et fallacem prouentuum spem sentire eosque de intimis terrae opibus non cogitasse videri. Quae quidem rationes, quantius pretii habeantur, nobis non officere videntur. Maioris tamen momenti haec sunt argumenta; innumeras scilicet inueniri chartas ^{f)} quarum virtute Imperatores vel donationibus ^{g)} vel inuestitura salinas priuatis detulerunt; maxime iuris regii salinas exercendi auctoritatem, tam constitutione Friderici I. Imp. in comitis Roncalieis a, MCLVIII. promulgata ^{h)}. „Regalae — pificationum redditus

^{e)} Ius regale metallicum antiquissimis temporibus solummodo aurum et argentum complectebatur. Quam autem sensim sensimque principum auctoritas et potestas ad id fastigium, quod hodie mirarum, excrescuerit, adeo ius regale circa alia metalla, v.c. cupri stanni sibi vindicarunt et diuisio inter ius reg. metall. superius et inferius ad exemplum iurisdictionis ferme Saec. XVI. orta est.

^{f)} PFEFFINGER Vitr. illustr. L. III. T. 18. §. 28. etc.

^{g)} Ita CAROLVS IV. Imp. sulfuram Teutitanam et reliquias in Episcopatu Merseb. filias Sigismundo Episc. Merseb. dono dedit, anno MCCCCXXXII.

^{h)} 2. feud. 56.

9

et salinarum etc. quam Aurea Bulla ⁱ⁾ vniuersas auri et argenti fodinas atque mineralias stami, cupri, plumbi ferri et alterius eiuscunque generis metalli, ac etiam salis tam inuentas, quam inueniendas in principatibus terris, dominis, pertinentiis suis tenere iuste possunt et legitime possidere, cum omnibus iuribus, nullo prorsus excepto, prout possunt, seu consueuerunt talia possideri ^{k)}, confirmatam esse.

§. 2.

Succincta juris salinarii apud Germanos disquisitio.

In originibus iuris salinarii tradendis nec ab illa Hermundorum et Cattorum pro omne salem trahente ^{l)} nec Burgundionum et Alemannorum ^{m)} pro salinis contentione satis peruvulta, et ab aliis descripta telam ordiri attinet. Certiora enim rerum gestarum monumenta inde a regum Francorum temporibus repetenda sunt; et si de salinis querimus, nullo pacto euinci potest, eas habitas fuisse in bonis regiis, neque Francorum reges sibi priuatorum opes sive e terra erutas, sive aliunde acquisitas attribuisse, aut CAROLVM M. Saxonibus deuictis, possessiones priuatis ademant, Episcopis aut praefectis constitutis tradidisse credere par est; etiam si facile largiamur, Imperatores ex aequo et bono inter salinatores ius dixisse ⁿ⁾. Quanquam postea inde a temporibus Ludouici Germanici, Ottonis M. vsque ad Henricum IV. omnia fere dominatu imperatorum tenebantur, iidemque in toto propemodum imperio palatia, villas, quae regiae dicebantur, pos-

fide-

i) Aur. Bull. c. 9.

k) LYDEW. ad COMM. A. B. in der vollständigen Erläuterung der gildigen Bulle. PFEFFINGER Vitr. ill. L. III. T. 18. HERTIVS dist. de super. tertii. aliique.

l) Tacit. Ann. XIII. 57. Ammian. Marcell. I. 28. 5.

m) Ita in Capitul. L. IV. 8. ap. Baltiz. T. I. pag. 776. LVDOVICVS Imperator fuisse, de terra in littore maris, ubi salem faciunt, volumus, ut aliqui ex iis veniant ad placitum nostrum, et ratio eorum audiatur ut tunc secundum aequitatem inter eos definire valeamus. Postea Imperatores vice suss tradiderunt comitibus, unde qui rei salinarie iudices erant vocabantur Salzgræfen. SCHMINCKE ad EGINHARDT. C. XI. p. 61. PFEFF. Vitr. Illustr. L. I. c. XVII. §. 9. n. b. p. 606. LYDEW. Script. rerum episcop. Bamberg. Vol. I. p. 1048. n. b.

sivebant, in quibus salinarum ius adeoque praefectos et magistratus salinarum nec non iudicia salinaria vel collegia administratorum commercii salarii constituendi potestas competit; non tamen quaevis bona ex terrarum, quas imperio regebant, visceribus protracta fisco regio cesserunt, etiam si ambabus concedamus, principi non denegata fuisse, certa quaedam commoda et emolumenta ex salinis subditorum. Saepe enim tantum salis praestandum erat, quantum in quotidianos principis usus requirebatur o), saepius canon ac census salinarius persolvendus, quem non prae-eife decimam sed frequenter ea minorem fuisse haud difficulter colligitur. Si quis igitur propter vecigal tantum, quod ex salinis principi solendum, ipsas salinas in bonis regiis numerandas esse existimet, non quidem intercedimus, quo minus illud ab antiquissimis temporibus inualuerit, certe tamen ea opinio iurium regiorum, quippe quibus omnia ea, quae principi ad tuendam saltem et dignitatem reipublicae necessario competit, intelliguntur, notioni, minus consentanea est. Saluum olim ac incontaminatum priuatis fuit ius in salinas, hodieque est, donec imperii lex aut consuetudo generalis ostendatur, vi cuius salinae indistincte omnes ad fiscum imperatoris vel territorii principis peruenierint. Attameu principi nunquam non suprema est directio atque prouisio, ne salinatores in definiendo salis pretio iustitiae et aequitatis limites excedant, ideoque principis potestas condendi leges et ordinaciones salarias in dubium non reuocanda p).

§. 3.

o) DU FRESNE in voc. Salagium. Talis enim praefatio audit salagium, sufficientia salis. Iung. de j. Salin. C. I. §. 13.

p) Veritati non conuenient ea, quae habet Herzivs in notit. regn. Frane. C. IV. §. 3. in fine, dum ait: Reges quoque vellitalia minoria usurparunt, ut ius circa thefauros, ius circu alia aedespora, de quo videatur capiuleare secundum A. 813. c. 6. et Hieronymus Bignonius ad L. 1. formul. Marculf. 20. p. 902. cf. Iung. de iure Salin. c. III. §. 8. qui luculentem evincit nec ex cap. laud. verbis nec Marculfii eiusus commentatoris Bignonii auctoritate Herzii sententiam posse firmari. Quinobrem improbadus est HEINECCIVS el. iur. Germ. L. II. tit. 1. p. 383. fecutus Herzium de superiorit. territ. §. 45. 46. thefauros, metalli fodinas, mineralia et salinas inter regalia communierant.

Verisimilis 2. feud. 56. et A. B. c. 9. interpretatio.

Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum olim videbatur, firmissimis sanctissimisque testimoniis iuris feudalis Longobardici et Aureae Bullae, ius salinarum regium communiri. Sed nobis studio ad liquidum veritatem explorandi abruptis verbaque vtriusque sanctionis accurata mentis trutina examinantibus, non immutata visa est antiquissimae rei salinariae facies. Etenim Friderici I. constitutione, quae 2. feud. 56. legitur, non tam ipsae salinae, quam earum redditus in regalium numero ponuntur; ad haec iura folummodo Imperatoris recententur, de quibus in Italia quaesito mota erat, adeoque tanquam specialia ad tribunalia Germaniae applicari nequeunt. At fusurari audimus, obstatre Iuris Longobardici receptionem; quam quidem factam lubenter largimur, non tamen caput illud receputum esse contendimus, cum non de rebus easisque feudalibus disponat, neque ideo in fora nostra immigrauerint leges peregrinae, vt inde iura territoriorum Germaniae diiudicarentur, sed vt in questionibus feudalibus, domesticis legibus conuentudinibusque deficientibus subfidiō effent; quid? quod? fingamus, certam et expeditam esse huius textus receptionem; minime tamen mutamus sententiam, siquidem constitutio praeter salinas in locis publicis inuentas ad exemplum sanctionum, quae iure Romano reperiuntur, vestigalia innuit a priuatis propter illarum exercitium perfoluenda. Eadem ratione dissentientes sine iure prouocant ad Aureae Bullae auctoritatem. In hoc enim capite tantum abest, vt intelligentur minerae in fundis priuatis repertae, cum non tantum verba: *in terris dominij ac pertinentiis suis*, contrarium demonstrant, sed et discerni inter mineras in fundo publico et priuato eritas nunquam non obtinerit; vt potius luculenter elici possit, comprehendi iura subterranea maxime vestigalia publica, quae Imperatores antiquitus sibi addixerant; per hanc vero constitutionem Electoribus concessa, puta decimas ex metalli fodiinis, censum canonemue ex salinis subditorum. Quae cum ita sint condita Aurea Bulla metallorum et salinorum fodiinis in propriis terris absque onere

tributorum, quae olim ad fiscum Imperatoris spectabant gauisi sunt; ex minoribus autem, quae in priuatorum fundis deteguntur, decimas percipiendi ius obtinuerunt, vnde causam nostram parum turbat illa Henrici VI. Romanorum regis constitutio, qua Henricus VI. argentarias in episcopatu Mindensi inuentas potestati imperiali addixit his verbis: *cum omnis argenti fodina ad iura pertineat Imperii et inter regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quae nuper in episcopatu Mindensi dicitur inuenta, ad nostram totaliter spectet distributionem; vnde in ea nulli hominum quicquam iuris recognoscimus; nisi hoc a nostra liberalitate specialiter valeat imperare q.* Superest ut paucis intueamur locum Spec. Suev. c. 379. quo ad interrogationem: „*wez der Schatz ist, der vergraben ist?*“ responderetur: „*aller Schatz unter der Erde begraben, tieffer, denn ein Pflug gat, der gehoeret zu der künftlichen Gewalt*“ ex quo interpres colligunt, bona subterranea omnia fisco regio cedere. Sed SCHILTERO^r) teste edocemur, neque in codicibus Ambrasianis, neque in suo codice manuscripto, haec verba extitisse sed potius c. 320. ita legi „*ist das jemant ichts vindet, auf dem seinen, das sein gut haisst; was er darauf vindet, das ist sein mit recht, ob er es unter der Erde vindet, und ob das Erdbreich sein eigen ist*“ neque etiam vltiori disquisitione opus esse censimus, partim propter interpretum controvierias, quas excitarunt, vtrum hic de metallariis fodinis, an de thesauri invenzione, disputetur, partim propterea, quod animus non sit iura metallorum nobiliorum regia Imperantibus denegare.

§. 4.

Fundi salinarum notio eruatur.

Quibus ita expeditis in proelio est, quid fundi salinarum, cuius haud raro mentio iniciitur, nomine praedicandum sit. Non enim dubitamus, quin duplex illius notio obseruari debeat; aut enim Imperatores, qui palatia, villas regias, nec non fundos dominicos possidebant, in quae ipsis liberrima potestas competebat, vni alterius salinas in fundis suis indagatas lege feudali conceferunt

q) GOLDAST. T. III. const. Imper. p. 362.

r) SCHILTER. exerc. ad τ. XLV. §. 32. Io. Fr. SCHÄNNAT Samml. alter histor. Schriften und Documente p. 309. art. 252.

ferunt; aut vestigia salinarum seu decumas in subditorum praediis competentes vna cum supra inspektione et iurisdictione in alios feudi iure transtulerunt ^{s)}. Sic in propatulo est, imperii proceres ipsosque adeo Electores ante Aur. Bullam conditam tantum ex specialibus concessionibus percepisse salinarum decumas. Dubium quidem esse videretur, ecquidnam causae sit, cur feudo concesto in litteris inuestiture, ut reliquorum regalium, ita speciatim salinarum mentio fiat, nisi in promptu essent rationes. Non enim omnia quae in feudum dantur statim pro regalibus sunt accipienda, cum saepius in litteris inuestiturarum quaedam exprimantur, quae etiam non expressa iure suo competit; qualia sunt prata, pascua, agri paludes, huiusque generis alia; tametsi non insciandum, haud raro Vassallos extitisse, qui ius habendi salinas in litteris inuestiturae diserte exprimi petierunt; id quod fraudi esse non potuit iis, qui eam cautionem non adhibuerant.

§. 5.

De iure regio salinarum, earumque insecedatione in Saxonia.

Supra iam demonstrauimus, ius salinarum ordinarie quidem ad iura regia minime pertinere, ideoque non diffitemur, longe aliter sentiendum esse, si vel alia eaque in contrarium constitutio ordinum suffragio facta extet ^{t)}, aut consuetudo inueterata intercedat, qua principi in omnia, quaecunque sunt terrae viscera, ius permisum ^{u)}. Saxoniam nostram patriam dulcissimam intueri luet. Salinas regalium numero haberi ^{v)} easque

B 3

ne

^{s)} PFEFFING. Vitr. ill. T. III. Tit. 18. §. 28. Tabulas hic facientes concessit Beyer Del. iur. Germ. L II, 5. §. 35. LVDEW. in praef. ad tom. X. Reliq. Mss. §. 26. Bvri. Erl. des Schüterschen Lehnri. p. 614.

^{t)} Qualis e. g. est illa Provinc. Saxo-Gothana p. II. c. 4. T. 5. laud. a FRISCHM. de reg. sal. iur. c. 3. §. 2. n. 9. „neue Salzwerke sollen in unsern Fürstenthume und Landen anders nicht, als mit unserer ausdrücklichen Bewilligung gebauet werden.“

^{u)} Cuicilibet regni vel prouinciae in hac materia speclandam esse consuetudinem recte affirmat STRVVIUS Synt. feud. cap. VI. aph. 26. Adeo Eiusd. diss. de libert. nat. restr. §. 31.

^{v)} HENRICI AVG. FISCHER. Gedanken über das dem Chur- und Fürstlichen Haufe Sachsen zuflehdende regale iuris salinarum. Pirn. 1737. 4. et rec. Dresd. 1755. 4.

ne quidem a Vassallis, in quorum feudis, etiam cum omnibus utilitatibus ea possident, detegantur, vindicari posse, nisi simul de iis investiti innotescant, aut princeps ferenissimus ex speciali gratia id indulget, nobis certissime persuasum est. Ipsum vero hoc ius regale, ut verba III. SCHOTTII y) nostra faciamus, duabus absoluuntur partibus, et iure in iphas salinas, ita ut priuatus ne in proprio quidem fundo, salinis repertis vti, ex iisque sal coquere possit, nisi speciali principis, qui directum earum dominium sibi reseruare solet, concessione impetrata; et monopoli salis. Quod vnde euenerit, paucis indagandum. Antiquissimis Saxonum moribus conuenire testatissimum est, neque ambigendum, interpres locum Speculi Saxonici z), „*Al Schaez unter der erden begraben tiefer den ein pfleg gat, der gehörct zu der kunglichen Gewalt*“ quem propter controvierias olim enatas sopiaendas, aliis de metallis aliis de thesauris intelligentibus, Constitutio El. LIII, P. II. de metallis accepit, metalla et nobilia et ignobilia, fossilia adeoque salem innuere credidisse. Sed quid plura? vt eunque res sit, ius salinarum regale nullo non tempore agnatum est. Namque Vasalli ciuitates aliaeque personae, mercaturam salinariam intra certum districtum sibi competere statuentes inuestitura, priuilegiis vel locationis titulo nituntur, eoque ipso omne salis commercium ex gratia principis profectum esse confitentur a) praeterea ciuitatibus praedictis que equesribus modus illud exercendi non vnu idemque sed plane arbitriarius praefcriptus est, adeoque colligendum, tale commercium non liberum posse vocari, sed ex principis gratia arbitrioue diuidendum esse; neque etiam antiquissima huius rei defunct monumenta. Ita in docum. de anno MCCCLV. FRIDERICVS Landgravius Thuringiae induxit HENRICO DE KOCKRITZ, militari residenti in Wilen, quod annuatim vnum plaustrum salis de ciuitate Hallis per territorium Domini Landgravii ducere possit sine omni teloni vexatione, quod dominus Landgravius tamen revocare potest, quando velit.

Dresd,

y) SCHOTT, Inst. iur. Sax. elect. priu. p. 177. et 178.

z) Sp. Sax. L. I. art. 25.

a) Res. grau. d. a. 1661. Tit. von Justiz-Sachsen, §. 91. et 105. Tit. von Cammer-Sachsen, §. 45. 52. 53. 54.

Dresd. feria 6. post circumcisionem domini anno MCCCLV. b). Plura in re tam certa et expedita non attinet coaceruare exempla. Neminem enim nostris temporibus facile putamus fore, qui ius regium salinarum Serenissimorum terrarum Saxoniarum Principum in dubium sit reuocaturus, et ea propter Principes legibus ad tuendum rem salinariam latis iure optimo iuris salinarii mentionem iniiciunt, vti e. g. in Mandat d.d. 6 Iul. MDCCV. c) „und andere zulängliche Mittel zu verfügen entschlossen, wodurch das uns zufürdige Salz Regal samt denen davon dependirenden Intradern in beörigen Stand und Aufnahme gebracht und erhalten werden möge.“ Quum igitur in Saxonia alia sit salinarum conditio, alia quoque indeoles exaudit feudi salinarii aliquae effectus infederatione producuntur. Etenim non solum vestigal salarium iurisdictione, verum etiam ipsae salinae in fundis adeo priuatorum iuuentae vel inueniendae per certum districtum feudi iure concedi possunt. Attamen, quamvis frequens in terris nostris, nisi fodiendi, certe coquendi salis offeratur occasio, non est quod dabitemus, quin et feudum salinarum salis monopolio intra certum districtum exercendo censuere salinario exigendo absoluatur. De Salinis Francoburgianis scribit FRITSCHIVS d), olim „Comites de Reichlingen salinas Francoburgianas a Marchionibus Mysiae sub feudi specie obtinuere, quae postea ante ducentos et plures annos ad Illusterrimos Comites Schwarzburgenses titulo venditionis peruenere, vt videre licet ex documentis, quae in archivio babentur. Eas autem naic ciues Francoburgiani ut altodiales sub certo vestigialis praestatione possident. Ipsis Comitibus s. hodie Principibus de Schwarzburg, qui ab Electorali Domino Saxonica vestigal Salinarum (vulgo: den grossen Satzzoll) iure inuestiturae obtinuerunt, ex salinis Francoburgianis sextam partem aestimationis salis vestigialis nomine, certasque annuas pensiones percipere integrum est; atque pro conditione temporum illud vestigal vel augere vel minuere possunt. Sed jam hic subsistendum, quamvis materiae vberitas vteriorem desideret disquisitionem. Quod si in questionibus hisce ponderandis non accurate satis egisse videar iis, qui doctrina et experientia me longe antecellunt, tamen“

b) FISCHER l.c. p. 38. et 131.

c) in Cod. Aug. T. II. p. 1240.

d) FRITSCHIVS de reg. Sal. iure c. III. §. 3. n. 14.

tamen cum non in iuuene, vt viris aetate et doctrina conspicuis
sit aequalis, sed vt spem faciat ipsis aliquando proprius accedendi,
requiratur, credo me veniam ab iis facile impetraturum.

VIRO

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
FRIDER. GOTTLLOB SIEGFRIED ROEDENBECK

S. D. P.

FERDINANDVS GOTTHELF FLECK.

Cum nuper de consilio, libellum proprio Marte confcribendi, quo et PATRONIS INDVLGENTISSIMIS anime grati ac pietate pleni monimentum exstaret, et ingenium simul exerceres TVVM, mecum communicasse, nihil profecto exoptarius mihi contingere paruit, quam TVA, Vir Doctissime, ad terram literariori societatem TE cum propediem ineundam humanissimum inuitatio. Quibus TVIS desideriis tanto lubentius suffragatus, quanto magis eo sum animo, ut commilitonum conaribus et progressibus in studiis fallis impenso laeter. Quem igitur ante paucos adhinc dies mihi obtulisti libellum, nulla sui parte truncatum ribi reddo, ita ut TVVM plane sit, quod prodit, ingenii doctrinæ diligenziaque Specimen, valde gaujus, re non perfunctione, sed diligentissime ac feliciter materiam multis difficultatibus obnoxiam concinnasse; neque dubito quin quantum in re salis sit, Viris doctis sis probaturus. Vehementer tibi hunc laborem congratulor, miliisque incundissimum erit, si per hanc exercitationem adiutum TIBI ad Patronos faculum esse cognouero. Nec deerunt TIBI futuro tempore, quae a scilicet grammatici de riuarunt salario, virtute diligenciaque TVA proemia quam maxime digna, quae ut mox faustis felicibusque copias auspiciis opto. De meo autem animo hoc velim TIBI habeas perfusum, meam erga TE amicissimulo nullo unquam tempore immutaturum iri. Vale, amicissime ROEDENBECK, meque TVI studioffissimum mutuo amore completere. Scripti in uniuersitate literarum Lipsica, a. d. Iul. xxix, A. C. MDCXCI.

ULB Halle
003 015 432

3



56.



DE
IVRE REGIO SALINARVM,
EARVMQVE INFEVDATIONE

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R A E S I D E
D. FERDINANDO GOTTHELF FLECK

ADVOCATO IMMATICVLATO

D I S P V T A B I T

A V C T O R

FRIDERICVS GOTTLLOB SIEGFRIED ROEDENBECK

DOBRILYGO - LVSATVS.

LIPSIAE D. III. AVGVSTI CICCCXCI.

EX OFFICINA SOLBRIGIA.

